

dominantium personis subiecta. Sintque monachi eius ab omni secularis servicii infestatione securi, nullius persone magne vel parve nisi nostre de placito respondentes et ab omni angaria sive fodro tam nostro quam missorum nostrorum seu omnium secularium potestatum cum suis omnibus<sup>1</sup> remoti. Qui etiam de suis qualem voluerint abbatem eligant ab episcopo Comiacensi consecrandum; qui si sibi pro pecunia vel aliqua humana potestate molestus esse voluerit, veniat ad archiepiscopum Rauennatem ab eo benedicendus; et si hoc in isto quod in illo intervenerit, ad qualemcumque episcopum voluerit causa consecrationis properet. Si quis autem hoc preceptum imperiale nostrum [infringere]<sup>2</sup> presumpserit, componat ducentas libras auri [cocti, medietatem camere nostre et medietatem]<sup>2</sup> prelibate abbacie. Quod ut verius credatur, hanc paginam imperialem manu propria roboratam sigillari iussimus.

Signum domini Heinrichi quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Datum idus septembris indictione septima, anno dominicæ incarnationis millesimo CXIII<sup>0</sup>, regnante Heinricho quarto rege Romanorum anno VIII<sup>0</sup>, imperante [IIII<sup>0</sup>]<sup>3</sup>; actum est Spirę; in Christo feliciter amen.

2. Unter Vorsitz Heinrichs V. wird im Hofgericht auf Bitte des Abts Faletrus vom Kloster Brondolo der Bann von hundert Pfund Goldes auf die Verletzung des Güterbesitzes des Klosters gelegt.

Treviso 1118 August 1.

Originalplacitum im k. italienischen Staatsarchiv zu Venedig (A).

V. Bellemo, Il territorio di Chioggia (Chioggia 1893) 295 aus A.

(C.) Dum in dei nomine in civitate Taruisii in casa archidiaconi ipsius civitatis subter porticum resideret domnus Einricus Romanorum semper augustus imperator ad iusticiam faciendam ac deliberandam, adesset cum eo domnus Einricus dux nec non Tridentinus episcopus et comes Albertus Ueronensis, Warnerius iudex, Azo Ferrarie iudex, Iohannes Monsilicanus iudex, item Aicardus iudex<sup>4</sup>,

1) B und NU. St. 4223; 'hominibus' VU. 2) Lücke in B, ergänzt aus VU. 3) Fehlt in B. 4) 'iudex' über der Zeile nachgetragen.